Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XI.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

prætermisit. Ille jacentes erexit, ille afflictos tum oratione, tum omni ope recreauit. Ecce autem noua procella exoritur, hoc grauior, quo diuturnior. Qui oræ Piscariæ præerant, auidi homines et impotentes, superbè auarèque neophytis imperare cœperant. Xauerius rei indignitate, haud secus quam par erat motus, primò eorum cupiditati fortiter restitit: ad ultimum, ubi non satis virium ad obsistendum in se esse uidit, opes ab Indiæ Prætore, qui tum Cocini erat, implorandas ratus, ad eum proficisci statuit. Sed nouæ subinde res id consilium susceptumque jam iter auerterunt.

Trauancoridis regnum Christo adiungit neophytosque à Barbaris tuetur.

Cap. XI.

Sesquiannum per has oræ labores absumpserat in ora Piscaria: iamque tantum studio & assiduitate profecerat, ut qui XX. partim uicos, partim oppida sanè India accepisset, XXX probè culta ac morata tuenda socijs traderet. Rebus itaque, quoad eius fieri potuit, compositis, neophytorum curas Mansillæ mandat. Cocinum ipse per Trauancoridis oras, Piscariæ proximam, Trauancoris ora. transitorus. Trauancoris ora maritima in altero Indiæ latere, in quo Goa est, uergit ad Occasum Solis. Inter Comorinum promontorium, et Colanum oppidum interjacet, à Cocino millia passuum fermè XXX. Eius longitudo perhibetur millium facilè LXXX. In eo tractu illis temporibus uici erant ad XXX maritimi, quos partim Ethnici piscatores (: Macuas uocant :) partim Saraceni incolebant. Franciscum igitur, siue quod nauigij facultas deesset, siue quod ex itinere illorum animos tentare uellet, per eorum fines Cocinum petendi cupido cepit. Non defuerunt eius amici

ac necessarij

ac necessarij, qui eum à suscepto deterrere itinere conarentur, denunciantes summum esse in ipsum odium Machuarum Saracenorumque, Paravas autem Christianos factos indignè ferentium. Ille tamen per illorum fines divino numine magis (ut postea aiebat) domitis quàm necessitate subigente, ire non dubitavit. Divino itaque fretus praesidio et simul, si accideret, pro Christo mori lucrum existimans, infestam hostibus ingreditur viam, anno salutis humanae XLIIII. iam medio. Ex itinere obviis Machuarum vicos circumiens (ut Dei benignitas longè vincit spes omnes, promissis caelesti numine haud minus hostibus quàm sibi propitio est usus:) adeò pacata omnia ac penè parata ad Euangelij semen accipiendum offendit. Igitur conciliato primum eorum Rege, barbarorum pectora hinc spe, hinc metu versans, modò Lusitanorum amicitia proposita, modò minis caelestibus additis, haud aegrè perpulit, ut Christi sequerentur fidem: utique posteaquam Christianae caritatis officijs ab eo delinti, mutandae religionis potestatem regio edicto factam esse viderunt. Franciscus ergo succurrens latè, pagos obiens, Christianis mysterijs imbuere plerosque et baptismo expiare instituit. Quam ingens mortalium numerus ad Christum eius operâ sit aggregatus, vel ex eo existimari potest, quod capitum amplius decem millia simul uno tempore baptizavit. Institutionis baptismique ratio talis erat. Ubi ad unum aliquem pagum baptismi causa accersitus venerat, viros omnes, pueros, mulieres unum in locum contrahebat, cùm unum esse Deum, Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum docuisset, ter sibi quemque, ad honorem Sanctissimae Trinitatis, Crucis signum adhibere ex praescripto jubebat. Inde linteatus Christianae reli-

gionis

Egregia magnitudo animi

Dei Providentia

Numerus baptizatorum

Baptismi modus.

gionis mysteria ac praecepta clara pronuntians
uoce, eademque ipsorum lingua, ut unusque poterat, ex-
plicabat breuiter. Postea uerò quam satis instituti
uidebantur, eos à Deo ueniam anteactæ uitæ
publicè petere iussos rogitabat, an uniuersa ac
singula Christianæ religionis capita haud dubiè
crederent. Vbi illi, brachijs in crucis modum compo-
sitis, se uerè omnia omnino credere annuerant,
tum demum baptismo ritè expiabantur, et suum
cuique scriptum tradebatur nomen. Ad ultimum — Fana ac si-
baptizatis omnibus, Xauerius fana disturbari, deo- — mulacra deorum
rum simulacra confringi protinus imperabat. Non — euertit.
aliud gratius illi jucundiusue spectaculum erat,
quam cernere idola modò ab eis supplicibus culta,
eorundem proculcari pedibus. Nec sanè inultus
tantas injurias tulisset diabolus, nisi Francisco
quantum animi fuerat ad contumelias, tantum
ad pericula fuisset. Quippe Badagas, de quibus
supra diximus, non minus acres nominis Christiani
hostes, quam natura ac moribus immanes, in tene-
rum adhuc Christi incitauit gregem. Itaque per- — Trauancorien-
magna cum manu in Trauancoridis fines ir- — sium tumultus
rumpit, Christianorum uicos depopulatura. Exte-
plo incolarum ortus clamor, muliebri puerilique
ploratu mistus cuncta turbauit, fit fuga; sed eo
circumfusis hostibus, exitum non habebant. Vbi Xaue- — Francisci faci-
rius (nam forte aderat) is tumultu excitus, facinus — nus memorabi-
edidit memorabile. Alienata ob periculum aliorum — le
sui memoria in medium prouolat; mox oculos — Animus magnus
circumferens, summa animi ac uultus constantia — facto inuictus
hostes miraculo audaciæ obstupefactos increpat: — Xauerij.
mancipia Satanæ, suæ libertatis ac salutis oblitos
ad alienam oppugnandam ruere. Inde bonus pa-
stor semet in primam Christianorum turbam con-
jicit. aut tectus sua auctoritate gregem suum

aut, rii d

aut, si id nihil valeret, certè simul cum grege
moriturus. Caeterum mentis ardorem ex vultu et
oculis micantem Badagae, quamvis barbari ac feri
non tulerunt, Franciscique verecundiâ cadere se
perceperunt. Nec nulla ipsemet discrimina subijt necis.

Necis pericula Dei benignitate vitat.

Saepe Ethnici ab odio Christianae religionis ei
struxerunt insidias; quas ille partim pruden-
tia sua, partim divino praesidio elusit, ut tum
accidit. Ad eadem quaesitus aliquando, in sylvam
proripuit se se: et arbore sterile conscensa, ibi
pernoctans, praesens periculum, Deo magis quàm
arbore aut nocte tegente, vitavit. Ipsum
verò insidiae adeò crebrae erant, ut neophyti non-
nulli aliquot fide ac pietate insignes eius saluti
etiam noctu pro diversorio excubarent, quâ ipsum
te tutarentur. Ad assiduas barbarorum insidias
accedebant non solum nocturnae preces, quae
vix binas horas quieti dabant; verum etiam diur-
na sub ardenti sole itinera: quippe cum pe-
dibus nudis, in lacera tunica, cum vulgari galero
circumiret pagos. Nec tamen neglecto corporis
cultu, viri sanctitas obsoleuit, sed magis enituit.

Magnus Pater appellatur.

Vulgò Magnus Pater vocabatur. Et Travan-
coris Rex toto regno suo edixit, ut Magno
Patri omnes obtemperarent, haud secus quàm
sibi. Nulla tum erant in illa ora Christianorum
templa: quocirca aut sub arbore quapiam, aut
sub velo navali, sacrum Missae facere cogebatur.
Sed paulatim in illo tractu amplius XX sacella
excitasse dicitur. Concionabundus autem, cum sug-
gesti copia non esset, ex opportunâ aliquâ ar-
bore ad infinitam multitudinem verba faciebat:

Multitudo eorum, qui concionantem sequebantur.

quippe in campum concionis causa excurrentem,
quina aut sena hominum millia pro-
sequebantur

sequebantur. Nec solertior in quaerendis Christo
gregibus, quam in tuendis, exstitit. Ut neophy-
torum disciplina etiam post suum discessum ma-
neret, discedens in singulis pagis non tantum
Christianae institutionis exemplum relinquebat,
sed eis antesignanos ac praefectos horis
exercendae rationem moderatorémque. Inter
haec ab Indis mediterraneis ferme [tionem eius] abstinebat,
rerum gnarus, oram maritimam, in qua Lusitani
imperarent, longè opportuniorem esse ad conse-
rendam tuendamque Christi fidem, quam interio-
rem Indiae, quae Brachmanes, acerrimi nostrae
religionis hostes, obtinerent. Ita viritim tota
illam maritimas obibat regiones, plurimos
ubique Christianis sacris ac praeceptis imbu-
ens. Deinque omnes prope Machoanum Para-
varumque pagi, Xaverio auctore, sacra Christi-
ana acceperant jam; cum haec fama in adjacentes
insulas perlata, Manarios, vicinos populos
ad aemulandam eorum pietatem accendit.

Indi mediterranei minime apti ad Christi religionem

Neophyti pro religione caesi Christianum nomen illustrant

Cap: XXI.

Manaria parva insula est è regione orae
Piscariae, millia passuum à continenti circiter
CL. In ea Pating pagus erat tum obscurus, nunc
incolarum martyrio nobilis. Huius pagi incolas
ingens cupido Christianae religionis incessit, de
qua simul et de Xaverio Comorinensibusque
multa egregia ad eos pertulerat rumor.
Itaque eò Xaverius summis Manariorum precibus
baptismi causa evocatur. Verum cum gravissi-
mis religionis negotijs implicatus, eò ipse ire
non posset, sacerdotem quendam suo loco misit,
qui Catechismo institutos baptismo ablueret.

Baptismo